

De operibus Misericordie corporalibus

Sine misericordia iudicabitur ille qui cum posset non facit misericordiam. Ex his patet quod periculose stant tales tenaces diuites. quia deum graui-
ter offendunt et contra caritatem proximi faciunt et contra animas proprias
grauius peccant. quia tales quodammodo operantur furibus et raptoribus.
Ambrosius in sermone. Non minoris est criminis haberi tollere quam cum
possis indigentibus denegare. **Vn etiam basilius.** Nonne inquit spoliator es
que dispensanda suscepisti propria reputado. Est etiam panis famelici quem
tu tenes. nudi tunica quam in conclaui conseruas. discalcari calcei qui pe-
nes te marcescunt indigentis argentum quod possides humanum. **Vn ipse dixit**
in euangelio. Luc. xvi. Quam difficile qui pecunia habet regnum dei in-
trabit. Item est malum signum cum quis durus homo non potest audire clamo-
rem pauperum. et si audiat. tamen non compatitur nec misereatur. quia est signum puer-
sitatis. et quod non est in caritate dei. Et ex hoc sequitur quod est in statu dani-
natorum. **Vn Jo. iii.** Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem
suum necessitate habere et clauerit viscera sua ab eo. quomodo caritas dei in eo
manet. quasi diceret nullo modo. **Aug. de ciuitate dei.** Misericordia est alie-
ne miserie in nostro corde compassio. qua vtrique si possemus subuenire con-
pellimur. **Vn de duris cordibus dicitur puer. xxi.** Qui obturat aurem suam
ad clamorem pauperum. et ipse clamabit et non exaudietur. Et ergo ut diuites
misericordiam dei consequantur. tunc ipsi debent esse misericordes pauperibus.
Vnde math. v. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. **Am-
bro. in epla ad nepocianum.** Non memini me legisse mala morte mortuum.
qui libenter opera pietatis exercuit. habet enim multos intercessores. et im-
possibile est preces multorum non exaudiri. **¶** Tercium est recipere pegeri-
nos ad hospitium hoc tam utile est deo tam acceptum. ut quicquid etiam ad terram
angeli sunt ad hospitium recepti. immo etiam quicquid ipse christus visibiliter
vixit in emaus. Sed sunt quidam a deo auari quod nullum pro deo hospitare
volunt nisi habeat expendere. Et sic expellunt pauperes a domo sua. cum
tamen christus dicat in euangelio. Qui vos recipit me recipit. et eadem
mensura qua mensi fueritis etc. Ergo si claudis ianuam pauperi. sic chris-
tus faciet tibi cum veneris dicens illud **Math. xxv.** Domine domine aperi-
nobis. Respondebit. Amen dico vobis nescio vos. Sed bonis et electis
suis dicit illud **Math. xxv.** Hospes fui et collegistis me. Venite benedi-
cti etc. Ex his patet quod multum reprehensibiles sunt illi diuites qui ha-
bent latas domos. et potius permittunt eas vacare. quam quod pauperes in
eisdem propter deum vellent hospitare. cum tamen laudabile esset quod qui
libet diues ad minus haberet unum pauperem in domo sua. ut illud quod
sibi ipsi in mensa subtraheret siue in comedendo siue in bibendo. hoc illi
pauperi daret. ut sic posset mereri vitam eternam. **¶** Quartum est nudos
tegere. Quantum autem hoc placeat deo hoc patet in beato martino quem ipse
coram omnibus sanctis et angelis in celo exercitibus comendauit dicens. Martinus
adhuc cathecuminus hac me veste operit. **Vn ammonet unumquemque hominem**

Am.

Amb.